



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiae

4. Vtrum melius magisque meritorium sit opus ex voto, quàm sine voto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

C A P. IV.

Vtrum melius magisque meritorium sit opus ex voto, quam sine voto.

MAgis meritorium & melius est opus ex voto, quam sine voto, prob. Nobilioris veritatis nobilior est opus: Religio autem omnium virtutum moralium nobilissima est. V. C. Opus temperantiae votum in Deo honorem actionis virtutis, nempe religionis, honestatem consequitur. Confirmatur; quia omittens opus bonum voto promissum sacrilegium committit gravius peccans, ergo qui observat magnam virtutis laudem à Deo consequitur: quia oppositorum eadem est ratio opposita; neq; congruis divinae iustitiae, vt voti transgressionem plus puniat, quam eius observationem remuneret.

Necessitas implendi voti non minuit libertatem voluntatis, quia homo iustus sponte ac libere operatur, quod lex iubet licet fortè non operaretur nisi lex iuberet.

Pœnitentia voti si efficax non sit, nihil culpæ habet, quia talis simplex displicentia non versatur circa malum & prohibitum obiectum. Nam sicut ab initio potuit homo nolle vouere, ita postea optare potest, quod non vouisset, est tamen actus otiosus propter periculum præuaricandi votum maxime votorum perpetuorum, potest fieri interdum mortale.

C A P. V.

De voto pœnali.

Votum pœnale dicitur cum quis minimè affectus est ad rem, quam in pœnam vouet, sed ideo

Ddd 3 cam